

conuerti uoluerunt abtri-
citate fui. Habem cer-
tus et ex iuris medatio-
re praetoriant ut nihil
fuis meritis tribuar
iae deputantes. dedic in
timetur resuane estantia.
moderate incumbere. Inneccotia-
tione uero ut e' ac nocti uero iectu
latum lucis in hirate. Quaenam
alutis intentus laboritereno. alutis
mucronis infusione. Nihil
alutis necessarii sequis-
eq' spicierit qdmonun-
titur. Tui aut neglece-
rit aliis nulla sua.
ritione sua; Amseri
tum

tanti ad afflictionatione. huius pre-
ferti plement utiae. qdē munich
delet flante opere anima. si patat arpo;
Vnde dicitur. At illi neq' er. & abiet
alutis nullā sua alutis ad negotiatio-
ne sua; Innullā ut e' l. i. terreno

moderate incumbere. Inneccotia-
tione uero ut e' ac nocti uero iectu
latum lucis in hirate. Quaenam
alutis intentus laboritereno. alutis
mucronis infusione. Nihil
alutis necessarii sequis-
eq' spicierit qdmonun-
titur. Tui aut neglece-
rit aliis nulla sua.
ritione sua; Amseri
tum

F E I S M U T S E I E R S F E P P

CONTINENTUR HIC VOLUMINI
DUXCANI INDEX! SCOTI

Disputationes,

Theses Logicae.

Propositio[n]es Astronomicae de Dierum et Annorum differentiis
De facultate vegetante.

De Philosophia ejusq[ue] Instrumentis.

In XI. Meteororum de Misericordia e Disp. I.

In XII. Meteororum de Concordia . . . Disp. II.

Disp. Pathologiarum, I. de Morbis.

II de Cais Morboru[m] in gre.

V.

VI.

IX.

Disp. posterior de Praesagijs

De Peste disp. prior.

De Natura et Facultatib[us] medicamentorum.

De Compositione et Preparatione medicamentorum.

De Arthritide.

De ratione Purgandi.

De Phlebotomia, Hirudinib[us], Scarificatione

De Febris Naturae e disp. I.

De Febribus

II.

De Fibribus

III.

41.

D I S P U T A T I O
M E D I C A
D E V A R I O L I S
E T M O R B I L L I S.

Quam
ASPIRANTE DEI OPT. MAX.
G R A T I A.
P R A E S I D E
I O H A N N E B O K E L I O
M E D I C I N A E D O C T O R E E T I N
I N C L Y T A A C A D E M I A I V L I A P R O-
fessore ordinario, publice xvi. Augusti, ho-
ra, locoq; solitis tuerico-
nabitur.

T H O B I A S C O B E R V S G O R-
L I C E N S I S.



H E L M A E S T A D I I
Excusa per Iacobum Lucium, Anno 1591.

Doch' sius formatus eius dno
Valentino Raybo S.S. Theologie
studiosissimum amicu dno Theodoro
niganti et longi ambo certissimo
dico Coburg



AMPLISSIMIS VIRIS
SAPIENTIA, AVTORITATE, EX-
CELLENTI PRVDENTIA, OMNIQVE
VIRTUTVM GENERE ORNATISSIMIS,
Domino Consuli GEORGIO SCHMIEDT, Dominis
Consularibus, ELIAE MELTZERO, & IOHANNI
GLVCKIO, Senatoribus deniq; omnibus, Inclytæ Rei-
publicæ GORLICENSIS, DOMINIS,

ac fautoribus suis plurimum
colendis

S. P. D.

Dicitatur hinc inde Antisthenis Atheniensis illius
Philosophi, viri amplissimi & consultissimi, dictum
haud ignobile: ἀξέραστος ὁ αὐτός: quo bonorum vi-
rorum patrocinium suscipiens: illos omni fauore di-
gnos esse contestatur. Quod quamvis ille de omnibus in-
nocentis, probataq; vita hominibus pronunciariet: tamen constat: cetera
gemma gemma, nitore, valore, viq; insitâ antecellit: non mediocribus li-
mitibus inuicem bonos dirimi, distinguiq; posse. Enimvero si in heroi-
ci animi somitem, aethereus, cœlestisq; ille igniculus, & si immula literis
humanioribus illustrior reddita, penitus irreperserit: tunc tantis actionum
præstantiis mens exestuat, efferuescitq;: ut etiam utilitates plurimæ,
ad usum mortalium spectantes, his quasi radiis illustratae, coruscant, vi-
goremq; suum, unicâ sapientiâ contineri, salutemq; stabilitati fatean-
tur. Quod si præterea animi mansueti, politiorisq; dotes, ita conspira-
uerint: ut in portum dignitatis, honorumq; mens delata, puppim ta-
men omnium affectum, gubernaculo adhærens, moderari gesti. ut: tunc
actionum omnium tacita comprobatio, maximum erga bonos illos fau-
orem, amoremq; volentibus excitat: nolentibus etiam extorquet. Quis
enim

enim grande supercilium, fastumq; rebus prospere cedentibus conquis-
satum, confractumq; non admiretur? cum alias, occasione data, morta-
les ad frena superbie laxanda pronissimi esse soleant. Et ego quidem,
viri amplissimi & consultissimi, quietescung; in Repub. vestra cultissi-
ma, patria mea suauissima, ciuium bonorum, integritatem cum splendo-
re fountium, ovoides non mediocrem confluxisse recordor: temperare
profecto mihi nec valeo, nec debo: quin mihi gaudeam: patriæ vero
gratuler. Satis enim patet: quâ fide: quâ industria, tempestate lu-
ctuosa oborta: rebus titubantibus; ad communem iuuandam patriam,
boni omnes conspirauerint. Et illa quidem ad procellas præcauendas,
sentinam exhauriendam, vela deniq; reparanda, omnium promptitudo:
tandem effecit: ut tam expectatis halcyoniis commode fruamini. Quas
ramen vestra, viri consultissimi, ope, industria, & consilio inductas fuisse,
tantum abest, ut negem: ut etiam vobis non antesignanis, Saxum Sisy-
phi reliquos agitatuos fuisse affirmare non erubescam. Optima igitur
spes, & fiducie signum est: quod vestris humeris, viri prudentissimi, o-
nus hoc est impositum: est felicitatis & vigilantiae: quod haec tenus huic
officio cum laude præfueritis: est integratatis: quod æquis lancibus in-
stitia patriæ moderetur: est candoris & tantevoꝝ pœnitus: quod absq;
superbia, protensaq; ostentatione hoc munus subeat: summa denique
est prudentiae: quod laudatissimæ Republicæ literariæ, posteritati et-
iam consulere conamini.

Quæ quidem omnia, cum non modo boni viri, sed optimi, & inte-
gerrimi nomen mereantur: iniuriosus profecto essem tam in patriam,
quam in vos: si non summo honore, vehementissimoq; amore V. A. o-
mnibus anteire conarer. Conatui autem meo refragari videbatur: cur-
ta illius meæ suppelæctilis recordatio: quæ, quamvis amoris mei flam-
mas obruere non poterat: tamen ad honores vestros adaugendos, me-
amq; promptitudinem erga V. A. declarandam, vel nihil, aut parum
mihi relictum esse admonebat. Obstabat etiam, haud æquum quorundam
iudiciū: apud quos, si laudes vestras optimè meritas decantasssem, amori
me potius vehementiori indulsisse, quam veritatis vestigia obseruasse,
suspicionem eram incursum. Nec defuturi videbantur, qui, si par-
cius de V. A. laude dixisset & delibasset, parum concinnum rerum
estimatorem me censuissent. Feci igitur, quod debui, & potui, viri cla-
riſſimi; ut harum theſum dedicatione, mei saltem erga vos animi, cha-
racter-

raetere expresso, cetera ad commodius tempus à me reservari, animum
inducere queatis. Nec has quidem theses sub Clarissimo & excellen-
tissimo viro Domino Doctore IOHANNE BOKE LIO prä-
ceptore meo in æternum colendo, disputandas absq; omne sub V. A. au-
spiciis in publicum prodire volui. Sicut enim natura, in hoc morbo fœ-
liciter sœpius ad materiae vitiosæ expulsionem insurget: Sic V. A. quam
maxime defecatam, & ab omni improborum hominum collunie repur-
gatissimam Rempub. administrare opeanistis: & laus superis, votorum
vestrorum sœpius compotes facti, palmam, gloriamq; maximam inde re-
portastis. Quam quidem ut etiam in posterum reportetis: ut subditorum
animos promptissimos experiamini: ut fæliciores bona fortuna afflatus sentiatis: ut integritati sicut hactenus inuigiletis: ut candore &
humanitate cunctis exemplo esse pergatis: ut deniq; Mecenates, fau-
toresq; studiorum, benè mereri de liberalium artium alumnis vobis gra-
tulemini, ardentiissime opto: D E V Mq; O P T. M A X. toto pecto-
re rogo. Valete patres patriæ, & mihi studiisq; meis, ut hactenus, fau-
re pergit: meq; olim id ipsum quod iam expeto, vobis amplissimis vi-
ris, & patriæ charissimæ declaraturum eò magis credite; quò magis
V. A. promptitudo & integritas, animum ad recompensationem para-
tum, quasi calcaribus quibusdam instigare potest. Dabatur ex
Academia IVLIA qua est Helmstadij VII. Idus Augusti An-
no 1591.

V. A. E. & P.

Obseruantissimus

Thobias Coberus.

THE-

THESES
DE VARIOLIS ET MORBILLIS

I. Thesis

Si morbi alicuius epidemij contagium formandum est: Si vehementia infringenda; si malignitas fugienda: Si deniq; symptomata ipsa abominanda sunt: Certè variolarum, morbillorumq; doctrina medico diligentius erit excutienda.

2. Variolæ enim & morbilli, cùm quod populariter grassantur; tum etiam vehementiâ, malignitate, foedisq; cicatricibus nullo serè morbo acuto cedere deprehenduntur.

3. Variolæ autem à varis, quibus quodammodo similes sunt, nomen sunt fortitæ: Morbilli vero à lue quadam morbidi pecoris appellationem asciuerunt.

4. Sunt autem variola & morbilli exanthemata, maculæ, vel tubercula, totum corpus infestantia, maximè puerorum; sanguinis ebullitione sponte efflorescentia; cum febre malignâ impetuosa, vellentâ, pruritu, doñor, ac ichoroso pure cutem affientia.

5. Etsi autem materia variolarum & morbillorum sit penè communis: quamuis per totum corpus erumpendo conspirent: licet cum pruritu, & dolore non multum dispari prodeant: tamen in multis non sine manifestis notis dispare est manifestum.

6. Variolæ enim altius protuberant: abscessum faciunt; à materia crassiore, sanguineâ, & ichorosâ eleuantur: tardius in lucem prodeunt: longiori tempore curæ reluctantur: deniq; cutē fædis cicatricibus conspurcant: Morbillis interim delitescentibus; aut vix exquisitor tactui obuijs: nullum abscessum facientibus ex tenui, bi-

Differentia
Variol. &
Morbill.

liosâ, calidaq; materiâ efflorescentibus : & idcircò cele-
rius erumpentibus : citiusq; curam admittentibus : de-
niq; absq; vllis cicatricibus fœdisq; vestigijs disparenti-
bus.

7. Sunt & aliæ duæ exanthematum species : substan-
tiâ, qualitate, & figurâ ab alijs, & à se inuicem distinctæ.

8. Prior species paucis erumpentibus se prodit, ijsq;
durissimis : aliâs tamèn sæuioribus symptomatibus cari-
turis : ni crassitie materiæ, conatus naturæ expellentis
retardaretur. die Steinpocken

9. Altera species est eorum quæ ὕδωρa Græcis vocan-
tut. Humore enim aqueo vsq; adeò turgent, ut oui ma-
gnitudinem aliquando adæquent. die Windpocken.

10. Causæ variolarum & morbillorum aliæ sunt ~~πεν-
καταρχήν~~ externæ : aliæ sunt ~~πενγύς μέρια~~ internæ.

11. Efficiens causa est ~~πενκαταρχήν~~ : Materialis par-
tim interna, partim externa: Formalis autem & finalis
sunt internæ.

12. Efficiens causa est singularis quædam cœli & aëris
constitutio ; quæ primum Arabum tempore in genere
humano hunc morbum induxit ; qui & tunc grassari po-
pulariter coepit :

13. Hæc autem aëris constitutio, dispositione tali se-
mel conquisitâ ; pabuloq; accommodato sustentata : per
contagium, factum est malum hæreditarium.

14. Causa materialis est sanguis menstruus, sanguini
humano permixtus. Quæ quidem mixtio, aut ipsius
mixtionis exacerbatio duplaci modo consideratur.

15. Aut enim prægnans prauâ vietis ratione vtens,
inevitabile virus infecti menstrui fœtui instillat, & infun-
dit.

16. Aut puer editus, cibis prauâ succi vtens, & in-

Causæ.

8 A

temperantiâ somitem ad concipiendas flamas huius
luis congerit.

17. Formalis autem variolarum & morbillorum cau-
sa, est ipsa sanguinis commotio, vel ebullitio & feroor.

18. Finalis causa est, ad humoris praui separationem,
& expulsionem, humorumq; repurgationem ipsius na-
turæ, & caloris nativi fortioris à quantitate materiæ, &
qualitate lacerissiti conatus.

19. Signa variolarum & morbillorum sunt duplia:
~~ægri~~ futurorum & ~~ægri~~ præsentium.

20. Signa autem futuri contagij variolarum & mor-
billorum erunt. Ver vel ætas calida cum multa humidi-
tate, austris flantibus: tūm verò ætas puerilis si febribus
continuis correpta fuerit.

21. Cum verò de dorsi, capitis, & oculorum dolore,
languore totius corporis, timore in somno, angustia an-
helitus, de pruritu narium, sitiq; vehementiore ægri cō-
questi fuerint: si tremere illos, & nolentes lacrumas cum
rubore leni oculorum, vel splendore saltem, emittere, in
facie rubere, pandiculationibusq; continuis, tussi, sic-
ca, vel raucedine vexari videbimus: aut sternutare illos,
ronchosq; attracto aëre edere audierimus: pectorisq; que
angustias sentiat æger: tunc procul dubio variolas aut
morbillos erupturos pronunciabimus.

22. Signa ~~ægri~~ sunt: Febris vehemens, deliriū,
stillantes oculi lacrumis: vrinæ sappiis sanorum similes:
pulsus magnus, celer, & inæqualis: aluus nonnunquam
dura vel cīta; pruritus vehementior vrget: pōst tuber-
cula rubra tam in variolis, quam in morbillis apparent.

23. Protuberant tamen in variolis magis: donec in
medio albescere incipiunt: quod quamvis præsente in
suppurationē designat: tamen raro absq; ingenti naturæ
& materiæ peccantis luctâ maturari solent. In. ò

Signa.

24. Imò etsi celerius prodeant : tamen propter materiam acrem, pusq; ichorosum, cutis erosio, & defœdatio erit metuenda.

25. Morbillorum autem materia, quia subtilior magisq; dissipabilis est, potius diffunditur, quam protruditur, atq; ab hac sollicitudine medicum liberat.

26. Sunt & alia signa ~~coagulata~~, Variolarum quædam sunt salubres, quæ citò erumpunt ac maturantur: aliæ lethales quæ vix prodeunt aut non absq; grauissimis symptomatis, syncope magnâ præcordiorū angustia, & graui tussi: aliæ sunt mediae naturæ; variolæ, sunt ferè majoris difficultatis, quam morbilli.

27. In vtrisque tamen color albus magis probatur. Quo verò magis ad nigredinem declinauerit, eò periculum est manifestius.

28. Etiam in declinatione, cum iam incrustatæ variolæ decidere incipiunt, mori posse quosdam statuimus.

29. Melius est autem febri superuenire variolas & morbillos: quam his existentibus febrem augeri.

30. Sequitur praxis paucis notata : Omnis curandi hunc morbum indicatio desumitur à natura ipsius morbi.

31. Morbus febris est cum expulsione materiæ peccantis critica frequentius. Febris igitur principio rationem habemus. Exhibemus primò ea quæ refrigerant & calorem febrilem mitigant, quod fit venæ sectione, si res patiatur in adultis, præmisso vel clystere leni, vel balano, vel leni solutio, ex Manna, Cassia, Syr. ros. solut. & similibus quibus non fit humorum maior agitatio, aut ab exterioribus ad interiora rursus retractio. Pluribus placet nihil horum fieri, sed naturæ omne negotium committendum esse, quod facile in fluxum ventris incident ægri, soluen-

Cura.

soluentibus medicamentis ad interiora materiā retractā.
Vena Mediana dextri brachij commodè inciditur, ac in
plethoricis plusculum sanguinis imprimis verno tem-
pore subducitur, quo sanguinis fero ronnihil remittit-
tur.

32. Infans si lacteat, Nutrici cura adhibenda, & si ple-
thora fuerit, & huic vena secanda.

33. Secundò, naturæ conatum in expellendo mate-
riam peccantem iuuamus : Quo enim natura vergit eò
humores ducere oportet. Facimus id arcendo ab ægro
aërem frigidum, & pannis rubeis ipsum contegendo.
Modus tamen in his seruetur; ne aëris calore febris au-
geatur. Bonum igitur corpus pannis tegi & contra fri-
gus muniri : At ratione febris aër ne sit præter modum
calidus.

34. Tertiò, lenes ciemus sudores, tūm ratione febris,
vt calor febrilis facilius ac citius expiret, tūm vt ad po-
ros cutis materia trahatur, vtque per insensilem per-
spirationem eius aliquid & per sudores simul euacue-
tur.

35. Sudores mouentia sunt, attenuantia humores, &
aperientia, quibus addimus aliquando, vt fero & ebulli-
tio quando est vehementior & materia subtilior, ea quæ
nonnihil exiccant, & humorum ebullitionem reprimunt.
Attenuantia sunt & sudores mouentia, hordeum cum ca-
ricibus decoctum, cum paucō semine foeniculi, caricæ
pingues, sem. foeniculi, anisi, Carui, Rad. Apij, fœnic. Gly-
zeryzæ, crocus & similia. Sic aqua fœniculi sola sudores
mouet.

36. Fero rem quæ restinguunt immodicum sunt Lé-
tes, Tragacanthum, Lacca, Dactyli, & similia, quæ addes
superioribus, vt humores etiam subtiliores & feruentio-

B res

res contemperentur & inspissentur nonnihil. Si lacteat
puer ficus commedat largius & semina fœniculi ac anisi
Nutrix.

37. Quartò, diætam præscribimus conuenientem:
Febris ratione exhibemus ptisanam cum Saccharo, vel
pauco oxytacharo, nisi adsit fluxus alui vel faucium exul-
ceratio. Amygd. cum sem. frig. si magna sit febris, præpa-
rato cum hordei cremore tenuissimo. Ius pulli cum li-
monibus decocti. Sic auenatum datur: Decoctum len-
tium excorticatorum, si magna sit ebullitio, nisi aliud
immodicè fluxerit. A vino abstineant: potus sit cereui-
sia tenuior, vel in qua ficus decoctæ sint: vel cremor ptis-
anæ tenuior cuin saccharo vel Diatragantho præpara-
tus.

38. Quintum quod in hac cura faciendum, est sym-
ptomata quæ difficilia & grauia sœpius esse solent, in hoc
morbo corrigere vel remouere.

39. Symptomata autem sunt. Malignitas ipsius fe-
bris, oculorum lœsio (plures enim visu priuatos ex vario-
lis, quæ magis oculos, quam morbilli infestant, vidimus)
faucium inflammatio, & excoriatio, Raucedo, tussis gra-
uis, pulmonum corrosio, ex quo sœpius Empyema &
Phtisis, Narium & oris exulceratio, Aphtæ difficiles, Ni-
gredo & asperitas linguæ, vomitus, alui fluxus fœdus, qui
aliquando criticus, ac intestina excoriat sœpius, Mictus
sanguinis & similia, quæ accidunt ægris ex acrimonia hu-
moris ad intestinæ vel renes delati, quando per cutem na-
tura vniuersam materiam expellere nequit.

40. Malignitati occurrimus, syrupo de limonibus, de
acetositate citri, Corñu Ceruino vsto, bolo armeno vero,
frigidis & siccis corroborantibus, & putredini resisten-
tibus, Syrupo de succo acetoso, Rob de ribes, Syrupode
agresta, & similibus.

Ab

*Symptoma
ta.*

*Eorumq.
Cura.*

41. Ab oculis malum auertimus, ne tām frequentes
in iis nascantur, Aqua rosata, in qua Sumach parum sit
decoctum vel aq. lactucæ, plantaginis & euphragiæ, vel
aqua rosata cum paucō croci vel camphoræ. Sic Smara-
gdo, Saphyro & auro oculis soepius circumducto.

42. Nares defendimus odore aceti rosati, in quo rosæ
sunt decoctæ. Aures oleo rosaceo.

43. Pro gutturis & oris defensione utimur repellen-
tibus, refrigerantibus, astringentibus, & modicè abstergen-
tibus, Aqua plantaginis, lactucæ, acetosæ, Prunellæ,
Caprifolij: Decocto hordei cum seminibus citoniorum,
quod nonnihil mitigat acrimoniam, & simul abstergit,
addendo aliquando scabiosam, ob malignitatem, cum
Syrupo de rosis siccis, melle rosato, Diamoro, Syru-
po Myrthino, granatorum & similibus. Exulcerat-
io si contingat, vtimur lacte calido, imprimis caprino
vel detur rosatum Iuleb continuo bibendum cum deco-
cto hordei.

44. Ad pectoris & pulmonum defensionem, conve-
nit Syrupus violatus, adiectis speciebus Diatragacanthi
frig. vel saccharo penidio ac Amylo, ad humoris acrimo-
niam retundendam.

45. Ad alui fluxum si immoderatus fuerit, utimur
astringentibus primò leuiter. Conserua rosarum veteri.
Rob de ribes, quibus addimus aliquid trochiscorum,
de spadio vel terra sigillata: vel utimur aqua hordei cha-
lybeata, vel in qua aurum est aliquoties extinctum.

46. Postremum in cura variolarum est conueniens
maturatio, exsiccatio, & detersio, ne foeda vestigia relin-
quant in facie.

47. Quando igitur maturæ sunt, quidam acu aurea
vel argentea aperiendas variolas suadent. Alij forcipe

concidendas, ut latius fiat foramen, & materia omnis cōmodē effluat, ne arefacta vestigia cuti imprimat.

48. Sunt qui, ut citius maturentur fouendas volunt decocto aliquo emolliente & coquente, suauius calefaciente & humectante, ut decocto hordei excorticati cum floribus chamomillæ, caricibus, passulis, tritico, sem. altheæ, lini, fœnogræci, & similiū, quo imbutam telam linant & tepidè faciei imponunt, eodemq; decocto abstergunt.

49. Alij neq; configendas ab ipso ægro, vel astantibus pertundendas esse volunt, sed negocium totum naturæ committunt.

50. Si verò maculas vel vestigia tetra relinquāt, quomodo ea delenda, & cutis rursus complananda sit, paucis notant practici: quamuis res sit difficilis & operosa.

51. Ne relinquantur vestigia, præcauere melius est oīeo amigdalarum dulcium vel amararū recens expressio. Dicitur id feliciter facere si eo inungantur, quod dolores leniat, asperitates mitiget, & variolarum casum acceleret, priusquam crusta aridior fiat, & cicatrices, foneas, vel vestigia, diutius cuti adhærens, ei imprimat.

52. At si relicta sint vestigia, ea quæ abstergunt, emolliunt, cutemq; applanant, conueniunt; cuiusmodi est decoctum hordei cum malua & seminibus melonum contusorum. Sic aqua albuminis ouorum rite præparata, & oleum vitellorum, succus limonum ac citrorum reccnitum, nec non aqua florū fabarum, rosarum, limonum, oleum vel spuma tartari, quod tamen est teneroribus pueris acrius, adultioribusq; magis conuenit. Vesperi quoq; quidam illinunt faciem cum vnguento citrino & pomata mixtis, quod mane decocto hordei predicto rufus abluitur.

B 5
Quæ-

QVAESTIONES TRES.

I.

An variolæ & morbilli nouus sint morbus Hippocrati & Galeno ignotus.

II.

An aliquando variolæ, morbilli, & alia ~~exanthemata~~ sine febre prodeant, & in cutic efflorescant.

III.

An necessariò omnes homines semel vel sœpius in vita morbillis & variolis corrifiantur.



Chirurgorum Bibliotheca

B 5

AD

DOMINI

AD DOCTISSIMVM
DOMINVM THOBIAM COBE-
RVM AMICVM CHARISSIMVM
CERTISSIMVM.



Rimus erat cum iam spoliata Colchide prudens
Vellera Phryxeæ ferret Iason ovis.
Cui sociatus erat charo cum Castore Pollux,
Coniuncta unanimi pectora binafide.
His sociis rapuit flauentia vellera Iason,
Hinc q̄ uis auratæ præmia summa rulit.
Vellus at ecce nouum nitido preciosius auro
En datur; hoc rapias arte Cobere tibi.
Namq; tuis thesibus se splendida GLORIA pandit,
GLORIA vel cunctis anterenda bonis.
Tendit ad hanc rapidâ metæ vicinus in Argò,
BOKE LIVS Medica maximus arte Senex.
Ast ego CASTOR ero cui tu coniunctus ut alter
Pollux: auratum vellus amore fous.
Perge, rati dubia certus moderator Iason
Obtigit: hinc laus est magna futura tua.
Ille ego CASTOREO tibi cognite nomine laudis,
Participem faciam me sed, amice tua.

Christophorus à Bibran Siles.

GA

CA

DOMI-



DOMINO THOBIAE KOBERO,
Damonij suo fidissimo: Theses de Vario-
lis & Morbillis spinosissimas disputa-
turo S. P. D.

Vae grauis, & variis est ardua plexibus, atq;
Dura suis salebris, eloquere ergo thesin?
Quodres est dicam. Facis hoc quod viribus &
Ingenij dignum lumine quodq; tui est. (quum,
Non certe minus hoc decuit te condere quicquam,
Nec levius iustum volvere pondus erat.
Horruit en aliis Spartam hanc per ultius adire,
Quam tantis telis expositum esse videt.
Pertinere aliqui forsan quod suscipis, ire
Contra oppugnantum robora tanta virum.
Scilicet Ingenij vis hoc, industria mira,
Et generosa animi gloria tentat opus.
At, non sic vera est querenda per ardua virtus?
An non Augustis profluit omnis Honor?
M A C T E animi iuuenis, quo vix felicior alter,
Euge, stet immoto mens tibi fixa pede.
Insta: Paonia vel eris non ultimus arte,
Et metuet dextram Tartarus usq; tuam?

M. Iosephus Lautenbach.

F I N I S.

DOMINI JHOBIAE KOBHEO

DANIEL PROPHETIUS DEUTICIA

12 25 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

10 9 8 7 6 5 4 3 2 1



10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

M. Tolopean Transcripcr

2 1 1 1 1

99 A 6903

(Nr. 24
richt
aufgerichtet)

ULB Halle
002 636 220




(9)

V077

TA-OL

at different times.
The
+
T

Farbkarte #13



+1.
TATIO
ICA
RIO LIS
BILLIS.

m
EI OPT. MAX.
TIA.
SIDE
BO KELIO
DOCTORE ET IN
MIA IVLIA PRO-
lice x vi. Augosti, ho-
itis tueri co-
tur.

BERVS GOR-
NSIS.

ESTADII
Lucium, Anno 1591.

Doch siue formata siue et no
valentino mythis s.s. Theologie
studijssiam amicu aio Theologico
resuanti et clavigeris certi hinc
dicit Cibet.